



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorum**

**VD16 B 5530**

Quinta Conclusio. Tortura debet adhiberi cum moderamine secundum qualitatem personæ, delicti, indiciorum & temporis, ita vt moraliter & verisimiliter reus tortus remaneat saluus & illæsus in vita & ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

dateum torquere super probatis, debetq; facere, vt talis protestatio appareat in actis.

*Quarta Conclusio. Tortura non est adhibenda in omni causa & delicto, sed tantum in atrocibus & grauibus criminibus, pro quibus de iure vel consuetudine, aut statuto pœna mortis, aut corporalis notabiliter affligens infertur.*

DOCTORES in d. L. Edictum. cum textu quando ait: Quæstiones nec semper in omni causa & persona desiderari, &c. sed cum capitalia & atrociora maleficia, &c. Marfil. in Rub. de quæstionib. & ibidem Salycet. & alij. Francisc. Brunus in tract. de indicatijs & tortur. 2. part. 3. q. Paul. Grilland. de eadem materia q. 5. princip. Iul. Clar. in d. q. 64. num. 4. & post alios Gomez. in d. c. 13. num. 2. Ratio redditur: Quandoquidem tortura est grauis afflictio, ideo non debet maior pœna inferri reo nec conuicto, nec condemnato, quàm esset inferenda ex ipsa condemnatione, si reus crimen esset confessus, aut de eo conuictus probationibus.

*Quinta Conclusio. Tortura debet adhiberi cum moderamine secundum qualitatem personæ, delicti, indiciorum & temporis, ita vt moraliter & verisimiliter reus tortus*

*tortus*



*tortus remaneat saluus & illesus in vita & membris.*

CONCLUSIONEM tradunt Bartol. Alberic. Marfi. & alij in L. quæstionis modum. ff. de quæstionib. latè Martil. in pract. crimin. §. Expedita, à num. 85. Bald. in L. i. C. de confess. Gandin. in tractat. malefic. in princip. in vers. Quintò nota. Ioan. Andreas in cap. Cùm in contemplatione, de reg. iuris. Anthon. Gomez. vbi supra num. 5. & alij alibi. Conclusio probatur ex d. L. Quæstionis modum. quæ sic habet: Quæstionis modum magis iudices arbitrari oportere, itaq; quæstionem haberi oportet, vt seruus saluus sit vel innocentia, vel supplicio. & ibidem in L. de minore. §. tormenta. vers. Sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant. Hinc iustè secundum DD. receptam sententiam repræhenduntur iudices seueri & crudeles, qui nec rationem, nec modum tormentis adhibent, sed voluntatem propriam sequentes, conscientiam rectam, & ordinatam prudentiam relinquentes, ac vanam gloriam affectantes, hominibus non magis in tormentis parcentes, quàm deliris & furiosis bestijs: ita vt rei sepè vitam aut amittant, aut tam miseram feruent, vt magis mori quàm viuere saniori iudicio exoptandum foret: cùm ita tormentis aut membra dilacerentur, aut certè debilitentur, vt in perpetuum inutiles sint



sint homines laboribus, & nunquam quàm diu vita agitur, tormenta desinant.

*Sexta Conclusio. Iudex in torquendo non debet adhibere modos exquisitos & non consuetos, sed solitos, & à consuetudine approbatos.*

**B**RUNVS in tract. de indicijs & tort. Damhauder. in rerum Criminalium praxi, cap. 57. à num. 17. Franciscus Pegna in 3. par direct. commento 110. Gomez. loco cit. Iulius Clarus lib. 5. §. fin. pract. crim. q. 64. n. 36. & alij passim alibi. Est autem generaliter vsu frequentior in multis prouincijs modus sine torquendi, qui etiam solus videtur ex iure colligi. L. Nul- lus. C. ad L. Iul. Maieft. Hinc DD. Iudices no- uos & inusitados torquendi modos inuenien- tes, aut inuentis vtentes, carnificibus compa- rant. Et sanè in hoc maleficij crimine durum & inhumanum, imò ab omni humanitate alie- num est, quòd quandoq; Iudices non memi- nerint, se agere cum hominibus, quando diros & omni tyrannide & crudelitate plenos tor- quendi modos adhibent, vt candelas ardentes carni apponentes, aut oleum calidum in fun- dentes, &c. Iudicis enim officium est, iudicio, ratione & discretione vt in his, quæ circa reū agenda sunt, & carnifici torquenti modum & regulam præscribere, ne quid nimis fiat, &